



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 1. Hugo infans, Archiepiscopus Remensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LV.

JOANNES X. PAPA.
HENRICUS REX GERM. CONSTANTINUS
ET ROMANUS IMPER. OR.

§. I.

*Hugo infans, Archiepiscopus Re-
mensis.*

Seulfo Archiepiscopo Remensi anno Sæculum X.
nongentesimo vigesimo quinto, post A. C. 925.
quam Episcopatum gessisset annis Frod. Chr.
tribus & diebus quinque, vita functo, in an. 925. Et
N 3 crebuit IV.hift.c.19.

Sæculum X. crebuit rumor, ipsum propinato veneno
A. C. 925. occubuisse, atque atrox facinus quo-
Sup. l. LIV. dam ab Heberto Comite Vermanduen-
§. 57. si subornatos peregrisse. Tanti crimi-
 nis suspicionem auxit, quod Hebertus
 sine mora Remos contenderit, & accitis
 Abbone Episcopo Suessionensi & Bovo-
 ne Catalaunensi, cum iis de electione
 novi Archiepiscopi egerit. Clericos
 populumque deinde idem Comes ad ob-
 sequium pertraxit, timore incusso, ne
 Bona Ecclesiæ Archiepiscopalnis divide-
 rentur, & extraneis traderentur. De-
 nique tanta ejus fuit auctoritas, ut fi-
 lium suum quinto genitum, nomine
 Hugonem, et si quintum ætatis annum
 necdum complesset, in Archiepiscopum
 Remensem eligi obtinuerit. Tum ad
 * seu Radul- Regem Rudolphum * celeriter profe-
 sum.

etus, consensum petiit. Rex, duobus
 illis Episcopis ad consilium vocatis, ele-
 ctionem pueri approbavit, & Comiti
 Heberto parenti ipsius Ecclesiam Me-
 tropoliticam administrandam commisit.
 Cumque etiam Hebertus Legatos Ec-
 clesiæ Remensis cum Abbone Episcopo
 Suessionensi Romam ad petendam con-
 firmationem Electionis, cuius Decretum
 deferebant, misisset, id a Joanne Papa X.
 impetrarunt, qui Abbonem Episcopum
 Ministeriis Pontificalibus in Archiepisco-
 patu Remensi defungi jussit.

§. II.